NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA C. R. UNIVERSITAS JAGELLONICA

CRACOVIENSIS

LECTURIS SALUTEM!

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut honores literarii nonnisi suffragantibus meritis conferri soleant. Cum itaque Vir ornatissimus, et doctissimus

CAROLUS ŻUŁAWSKI

aetatis suae annum XXV agens, Polonus, Limanovia in Galicia oriundus, diligentem assiduamque medicinae multos per annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinae suae specimen paratus esset, petiissetque a Nobis, ut ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus. Nos cum honestissimae, aequissimaeque ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, ipsum primo ex universa medicina secundum leges in Academia nostra vigentes severe tentavimus, item commentationem *„de Tussi convulsiva“*, quam nobis exhibuit, diligenter excussimus. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem ac medicinae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis a

Caesareo-Regia Apostolica Majestate Augustissimo Imperatore

FRANCISCO JOSEPHO PRIMO

concessa, Eundem

CAROLUM ŻUŁAWSKI

die trigesimo mensis Novembris anni millesimi octingentesimi septuagesimi

DOCTOREM MEDICINAE

pronuntiavimus ac declaravimus, dedimus damusque Ei potestatem cathedram doctoralem ascendendi ac de medicina respondendi, praxim caeteraque exercendi, quae Medicinae Doctores exercere solent. Tribuimus Ei insuper omnia privilegia ac praerogativas, quaecumque vero Medicinae Doctori, legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum majori Universitatis sigillo signatum Ei dare curavimus.

Cracoviae die trigesimo Novembris anni millesimi octingentesimi septuagesimi.

Josephus Kremer
Philos. et Utr. Juris Dr., Philosophiae Professor p. o. h. t. Rector
c. r. Universitatis Litterarum Jagellonicae.

Hilarius Eques de [illegible]
c. r. Universitatis Jag. Secretarius, Cancellariae et Archivi Director.

Carolus Gilewski
Med. et Chir. Dr., Operator, artis obstetriciae Magister,
c. r. Professor clinices med., h. t. Decanus Ordinis Medic.

Stanislaus Janikowski
Med. Dr., Medicinae forensis et Politiae medicae c. r. Professor p. o.,
h. t. Ordinis Medicorum Notarius.



NOS RECTOR

ET ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA C. R. UNIVERSITAS JAGELLONICA

CRACOVIENSIS

LECTURIS SALUTEM!

1 fl.

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut honores literarii nonnisi suffragantibus meritis conferri soleant. Cum itaque Vir ornatissimus, et doctissimus

CAROLUS ŻUŁAWSKI

aetatis suae annum XXV agens, Polonus, Limanovia in Galicia oriundus, diligentem assiduamque medicinae multos per annos operam navasset, atque jam ad exhibendum doctrinae suae specimen paratus esset, petiissetque a Nobis, ut ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus. Nos cum honestissimae, aequissimaeque ipsius petitioni hac in parte deesse non possemus, ipsum primo ex universa medicina secundum leges in Academia nostra vigentes severe tentavimus, item commentationem *„de Tussi convulsiva"*, quam nobis exhibuit, diligenter excussimus. In quibus omnibus cum praeclaram eruditionem ac medicinae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petenti honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter potestate Nobis a

Caesareo-Regia Apostolica Majestate Augustissimo Imperatore

FRANCISCO JOSEPHO PRIMO

concessa, Eundem

CAROLUM ŻUŁAWSKI

die trigesimo mensis Novembris anni millesimi octingentesimi septuagesimi

DOCTOREM MEDICINAE

pronuntiavimus ac declaravimus, dedimus damusque Ei potestatem cathedram doctoralem ascendendi ac de medicina respondendi, praxim caeteraque exercendi, quae Medicinae Doctores exercere solent. Tribuimus Ei insuper omnia privilegia ac praerogativas, quaecumque vero Medicinae Doctori, legibus vel consuetudine tribui solent. In quorum omnium fidem Diploma hoc publicum majori Universitatis sigillo signatum Ei dare curavimus.

Cracoviae die trigesimo Novembris anni millesimi octingentesimi septuagesimi.

Josephus Kremer
Philos. et Utr. Juris Dr., Philosophiae Professor p. o. h. t. Rector
c. r. Universitatis litterarum Jagellonicae.

Hilarius Eques de Nabrame Stamiewicz
c. r. Universitatis Jag. Secretarius, Cancellariae et Archivi Director.

Carolus Gilewski
Med. et Chir. Dr., Operator, artis obstetriciae Magister,
c. r. Professor clinices med., h. t. Decanus Ordinis Medic.

Stanislaus Janikowski
Med. Dr., Medicinae forensis et Politiae medicae c. r. Professor p. o.,
h. t. Ordinis Medicorum Notarius.